



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.
Vsque Ad. Pavlvn. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

Angelis, Paolo de

Roma, 1621

Cap. I. De Archipresbyteris, Vicarijs, & Canonicis sanctae Mariae Maioris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13873

BASILICAE
S. MARIAE MAIORIS
DE VRBE
A LIBERIO PAPA
VSQVE AD
PAVLVM QVINTVM
PONTIFICEM MAXIMVM

DESCRIPTIO, AC DELINEATIO,
LIBER TERTIVS.

A VCTORE

ABBATE PAULO
DE ANGELIS.



DE ARCHIPRESBYTERIS, VICARIIS,
& Canonicis S. Mariae Maioris.

CAPVT PRIMVM.



Hæc Basilica perpetuò
Vaticanæ Basilicæ ritum
seruauit, nimirum quo-
ad Cardinales, Archi-
presbyteros, Vicarios,
Canonicos, Beneficia-
tos, Clericos, &c. quos

In Trah. sept.
Eccle. pag. 241.

An hæc Basili-
ca habuerit Cle-
ricos, & Mona-
chos.

distinctè suo loco attingemus. Et ad huius
rei fundamentum est ostendendum, Honu-
phrij dictum nobis durum videri, dum in-
quit, *Hæc Basilica ritum Basilicæ Vaticanæ
antiquitus habuit, Clericos, & Monachos:*
nam vt de Clericis demus, tamen est de
Monachis distinguendum, negandumque
in vtraque Monachos dominium simile Cle-
ro habuisse, cum tantum per aliquod tem-
pus inferuerint, sed distinctis Choris, at-
que Oratorijs, quod ex eodem Honuphrio
deprehenditur, cum ait: *De Monachis pri-*

*mum, mox de Clericis dicemus. Et Bibliotheca-
 rius in vita Simplicii Papæ: Hic inquit, fecit
 Basilicam sancti Andreae Apostoli, iuxta Ba-
 silicam sanctæ Mariæ maioris. Idem in vita
 Gregorij Papæ Secundi. Gregorius Secundus,
 inquit, Gerontocomium, quod post absidem san-
 ctæ Dei genitricis ad Præsepe situm est, Mona-
 sterium instituit, atque Monasterium sancti
 Andreae Apostoli, quod Barbaræ nuncupatur
 ad eam deductu desolationem, vt in eo, ne vnu-
 quidem Monachus relictus esset, accitis Mo-
 nachis ordinauit, instituitque, vt horum duorum
 Monasteriorum Monachi in Basilica sanctæ
 Dei genitricis Mariæ die, noctuque diuinas
 Deo canerent laudes. Atque id est, quod Pan-
 uinus pro sui confirmatione adducit: *Hæc
 Basilica ritum Basilicæ Vaticanæ antiquitus ha-
 buit Clericos, & Monachos. Quoad Basilicam
 Vaticanam in nostra militia de Romana*
 Eccle-*

Bibliothecarius
in vita Simpli-

Monasterium
S. Andreae Apo-
stoli, quod Bar-
baræ nuncupatur.

De sequen-
tis.

Ecclesi-
Simpli-
circa an-
tate
Ecclesi-
ce, post
is ampl-
bus sup-
prezidijs
no. adel-
que Sir-
fundasse
hac Bas-
cerent. I
licam S.
& Basili-
cam S. A
ligendu
coltruxi
cinta in
prezerti
nec satis
viri, si i
feruerin
poribus
cernitur
is. Præte
Simpli-
ris, vel c
quod cer
cotanet.
maniftri
vero Par
circa an-
nalteria
noctu in
rentur, l
dofidam
Monasti
Andrea,
dubatur
hoc quide
namit,
Dei geni-
laudes ca
babile e
scribit i
peffate c
Basilica
Deum l
admini
Panuini
dum ais
necos cau
lis, & p
ca danti

Ecclesia S. Andreae fabricata a Simplicio Papa circa annum 467.
Ecclesia S. Mariae Maioris aedificata circa annum 352.
A Sixto Tertio à fundamentis ampliata.
Vide Panuin.

Vide Anastasium in vita Simplicij Papae.

Gregorius Secundus fundavit duo Monasteria circa annum 714.

Vide Anastasium in vita Greg. Papae II.

Monasterium S. Andreae fundavit Gregorius Secundus circa annum 714.

Panuin. de sept. Eccles. pag. 441.

Ecclesia respondebimus: hic tamen dicemus A Simpliciū Papā S. Andreae Ecclesiā fabricasse circa ann. Domini 467. at S. Maria Maior fuit circa annum 352. constructa, Romanae Ecclesiae clauum tenente Liberio Pontifice. postmodum à Sixto Tertio à fundamentis ampliata, exornata, pluribusq; & illustribus suppellectilibus insignita, nec non etiam praedijs: nec vlla hucusq; sit de Monachis mentio. adest alia ratio, quod Anastasius non inquit Simpliciū Pontificem Monasterium fundasse S. Andreae Apostoli, vt Monachi in hac Basilica officia canerēt, & sacrificia exercerent. Etenim sic scribit. *Hic dedicauit Basilicam S. Stephani in Caelo monte, in Vrbe Roma, & Basilicam B. Andreae Apostoli, iuxta Basilicam S. Mariae.* Ex quibus verbis non est colligendum, Simpliciū dictam Ecclesiam, cōstruxisse, vt Monachi Ecclesiastica exercitia in S. Maria Maiore exercerent; cum, praesertim S. Andreas sit admodum patens, nec satis conueniens videtur, vt ij religiosi viri, si ibi fuissent, propriam Ecclesiam deseruerint, ad aliam illustrandam; cū ijs temporibus satis celebris extiterit, quod hodie cernitur ex musiuus picturis, & alijs ornamentis. Praeterea additur, à Liberio Papa vsque ad Simpliciū, Basilicam sanctae Mariae Maioris, vel officijs caruisse, vel Clerum ibi fuisse, quod centum quindecim annorum cursum cōtinet. Atq; id nobis occurrit de origine, & ministris vsq; ad Simpliciū Papam. Quod verò Panuinus ait, Gregorium secundum, qui circa an. 714. Ecclesiā gubernauit, duo Monasteria fundasse, vt non solum die, sed etiam noctu in hac Basilica officia sacra exercerentur, his verbis: *Hic Gerocomium, quod post absidam sanctae Dei genitricis ad Praesepe sitū est Monasterium instituit, atque Monasterium S. Andreae, quod Barbarae nuncupatur, ad nimiam deductum desertionem, in quo nec vnus habitabat quidem Monachus, accitis Monachis ordinauit, vt vtraque Monasteria ad sanctam Dei genitricem singulis diebus, ac noctibus Deo laudes canerent.* Respondetur, admodum probabile esse Gregorium id, quod Anastasius scribit instituisse, scilicet vt Monachi ea tempestate dictorum Monasteriorum in nostra Basilica Oratoriū haberint, in quo possent Deum laudare: sed praecipuum dominiū, & administratio semper ex Clero dependebat. Panuinus videtur hanc sententiam amplecti, dum ait: *Clericos porrò primum, deinde Canonicos cum Archipresbytero, qui modo est Cardinalis, & Vicarium substituit, qui est Praelatus, in ea diutissime permāsisse, ex antiquis eius Basilicae,*

& Bibliothecae Palatinae monumentis inueni, ex quibus ante quingentos annos Canonicos in ea esse constat. Quo loco subuenit pro dictorum confirmatione, haud leuem vim habere alterius opinionis assensu coniuncto, quingentorum annorum tractum comprobare, dummodo memoria teneantur praeteritorum temporum incendia, & vastationes, quas Barbari in Vrbe Roma exercuerunt.

DE OFFICIO,
DIGNITATE, ET MVNERE
Archipresbyteri Sanctae Mariae Maioris.

Cap. II.



I X I MVS supra de Clero in genere sequitur agendum peculiariter de quouis ipsius Cleri, vnā cum dignitatibus, & muneribus: & primum ab Archipresbytero ordiemur. Id nomen in Iure Canonico idem valet, ac Episcopus primus inter Episcopos, ex quo antiquitus Archiepiscopus cœpit vocari; & inter Diaconos primus, Archidiaconus; & inter Presbyteros primus, Archipresbyter, idest, inter Presbyteros primus, vel Praefectus. Vnde olim post Episcopum Archidiaconus primarium locum tenebat, deinde Archipresbyter. Et haec est ratio, cur in Iure Canonico post titulum de officio Archidiaconi, sequitur de officio Archipresbyteri. Solet etiam Archipresbyter Diaconi nomen fortiri, velut colligitur ex cap. ad haec de offic. Archid. Quod si aliquis (vt id obiter tangamus) quānam maior sit dignitas censenda perquirat, nunquid Archidiaconi, vel Archipresbyteri? Ad id respondemus, ratione ordinis, consecrationis, & officij Archipresbyteri reuera ipsum praecellere: at de iure communi, ex parte iurisdictionis, & potestatis, Archidiaconum. Etenim est necessarium, vt Archipresbyter Archidiacono obediatur tanquam Episcopo, velut ex cap. 1. de offic. Archipresb. vbi sic habetur: *Archipresbyter sciat se subesse Archidiacono, & eius praecipis, sicut sui Episcopi obedire debere.* Quod si quispiam desideret de officio, & Archipresbyteri munere, facile ex eodem loco apprehendet: *Specialiter ad eum pertinet ministerium super omnes Presbyteros, curam agere animarum, assidue in Ecclesia stare, & in Episcopi sui absentia ad vicem eius Missarum*

Archipresbyteri nomen quid pro praesens significet.

An dignitas Archidiaconi sit maior Archipresbyteri. Gloss. capit. 1. de offic. Archipresb. Con. cil. Toletan.

Instit. mor. par. 11. lib. 3. Ioan. Ananij, qui de offic. auctor. & potest. Archipresb. optime pernotauit. Conc. Triad. Sess. 5. cap. 2. de reformatione. et Sess. 21. cap. 1. de reformatione. vbi loquitur de residentia. & cura animarum.